

213.



199
Disputatio XIX.

DE MODIS QUIBVS OB-
ligatio dissoluitur,

QVAM,

A. C.

PRÆSIDE,

CLARISSIMO

CONSULTISSIMOQVE

VIRO, DN. HENRICO BOCERO,

V. I. D. eximio, & in celeberrima Tubingensium Academia Iuris

Feudalis interprete ordinario, Præceptore & patro-

no suo summa fide obseruantiaq;

colendo,

ORDINARI EXERCITII GRATIA,

hora locoq; consuetis pro ingenij tenuitate de-
fendere conabitur

M. GEORGIVS THVMAS,

Stutgardianus.



TVBINGÆ,

Apud Georgium Gruppenbachium.

M. D. XCIX.

lii

Disputatio XIX.

DE MORIBUS ANIMARUM

quod dicitur

C. I. A. R. I. S. S. I. M. O.

C. O. N. S. V. L. T. I. S. S. I. M. O. V. E.

W. I. R. O. D. N. I. H. I. L. I. C. O. P. O. L. I. T. I. C. O.

X. P. M. M. D. C. C. L. X. X. X. X.

W. I. R. O. D. N. I. H. I. L. I. C. O. P. O. L. I. T. I. C. O.

X. P. M. M. D. C. C. L. X. X. X. X.

W. I. R. O. D. N. I. H. I. L. I. C. O. P. O. L. I. T. I. C. O.

X. P. M. M. D. C. C. L. X. X. X. X.

W. I. R. O. D. N. I. H. I. L. I. C. O. P. O. L. I. T. I. C. O.

X. P. M. M. D. C. C. L. X. X. X. X.

W. I. R. O. D. N. I. H. I. L. I. C. O. P. O. L. I. T. I. C. O.

X. P. M. M. D. C. C. L. X. X. X. X.

W. I. R. O. D. N. I. H. I. L. I. C. O. P. O. L. I. T. I. C. O.

X. P. M. M. D. C. C. L. X. X. X. X.

W. I. R. O. D. N. I. H. I. L. I. C. O. P. O. L. I. T. I. C. O.

X. P. M. M. D. C. C. L. X. X. X. X.

W. I. R. O. D. N. I. H. I. L. I. C. O. P. O. L. I. T. I. C. O.

I.
Disputatio XIX.

DE MODIS QUIBVS OBLI-
gatio dissoluitur.

T H E S I S I.



ACTENVS DE OBLIGATIONIS CON-
stitutione; Nunc de eiusdem dissolutione agemus. (a)
Et sicuti certi sunt modi constituendæ obligationis, ita
& certis modis dissoluitur obligatio. (b) Dissolutio ob-
ligationis est, qua finitur obligatio, & ab ea debitor libe-
ratur. (c)

a) Id enim instituti nostri ratio exigit, vide sub classe 1. disputat. 2. thes. 2.
& 14. (b) l. obligationum. 44. S. vers. placet etiam. ff. de obligat. & action.
(c) ut ipse species, & modi obligationis dissoluendæ omnes, arguunt.

II.

Dissoluitur autem obligatio, vel ipso iure, vel ope exceptio-
nis.

l. qui seruum. S. 1. ff. de O. & A. l. cum quis. 38. S. 1. l. qui decem. 72. ff. de
solut.

III.

Ipsa iure dissoluitur obligatio, vel absque facto & opera eorum,
ad quos pertinet; vel horum opera & facto intercedente.

Donell. lib. 16. cap. 1. pag. 595.

IV.

Absque facto & opera horum, ad quos pertinet obligatio, dis-
soluitur ea, tum interitu certæ speciei debitæ, confusione item credi-
ti & debiti, duarumque causarum in eandem personam concursu:
tum amissione rei debitæ, quæ saluo rei corpore contingit: tum et-
iam decursu temporis, actionibus temporalibus præfinitis.

V.

Interitus certæ speciei debitæ naturalis est, vel ciuilis. Naturalis,
cum res ea secundum naturam in rebus humanis esse desinit; ut cum

lii 2 animal



DE MODIS QVIBVS

animal promissum occiditur, ædes incendio consumuntur, fundus à mari occupatur.

l. si ex legati. 23. ff. de V. O.

VI.

Ciuilis rei debita interitus est, cum res ea in commercijs hominum esse desinit: vt si fundus promissus sacer vel religiosus fiat; aut seruus vel ancilla promissa fiat liber liberaue.

l. inter stipulantem. 83. §. sacram. ff. d. t. & §. item contra. Inst. de inutil. stipulat.

VII.

Quòd si disiunctim species duæ in obligatione sint, puta bos aut equus, vna re perempta, altera sola adhuc debetur.

l. Stichum. 95. in pr. ff. de solut. & l. stipulatus sum. Damam. 105. vbi vide. Donell. ff. de V. O.

VIII.

Alia ratio est, si non certa species, sed genus debeatur; huius enim interitus non dissoluit obligationem. (a) Vnde si res æstimata data sint debitori, periculum earum debitoris est, non creditoris. (b)

a) *l. quòd te. 5. ff. de reb. cred. & l. incendium. 11. C. si cert. per. l. Merio. us. §. duorum. ff. de leg. 2.* (b) *l. si vt certo. 5. §. commodatum. ff. commod. l. plerumq. in pr. & §. si antè. ff. de iur. dot. & l. vn. §. cumq. in fin. C. de rei vx. act. l. quoties. 5. C. de iur. dot.*

IX.

In tantum autem dissoluitur obligatio specie debita perempta, vt ne quidem æstimatio eius peti possit: (a) Vnde si bos in obligatione sit, eo mortuo nec corium, nec caro debetur. (b)

a) *l. cum res. 47. §. vlt. ff. de leg. 1. l. in ratione. 30. §. incerta. ff. Ad L. Falcid.* (b) *l. mortuo. 49. in pr. ff. de leg. 2. Obst. videtur l. si seruus. 14. §. 2. ff. de condict. furtiu.*

X.

Prædicta tamen de hoc dissoluenda obligationis modo procedunt, nisi culpa debitoris species debita perierit, (a) aut post eius moram sit extincta, (b) vel casum fortuitum præstare promiserit. (c)

a) *l. si seruum. 91. §. sequitur. ff. de Verbor. Oblig. vt si bouem aut equum debitum occiderit dict. l. si seruum. 91. in princ. vbi Donell. ff. dict. 8. quod.*

OBLIGATIO DISSOLVITVR.

3

quod si negligentia debitoris perierit species debita, extincta est obligatio, si stricti iuris fuerit, vt que est ex stipulatu. d. l. si seruum. 91. in princ. ff. d. t. non etiam si bona fidei sit. Nam in his & dolus & culpa, etiam leuis, & quandoq; leuissima praestatur. l. i. §. vlt. l. Quod Nerua. 22. ff. de posit. l. quod si nolit. §. culpam. ff. de Aedilit. Edict. l. cum res 47. §. pen. ff. de leg. 1. l. contractus. 23. ff. de R. I. (b) d. l. cum res 47. §. vlt. ff. de leg. 1. l. quod te. 5. ff. De reb. credit. d. l. si ex legati. 23. ibi, quam si per te steterit. l. nemo 82. §. 1. l. si seruum 91. §. sequitur. d. l. stipulatus sum Damam 105. ib. si per debitorem mora non esset. ff. de V. O. d. l. Stichum. 95. in pr. ib. nisi mora facta sit in eo mortuo ff. de solut. (c) d. l. contractus. 23. §. sed hac ita. ff. de R. I. l. iurigentium. 7. §. ait. §. de pact. vid. Donel. lib. 16. Comment. cap. 3.

XI.

Confusione crediti & debiti dissoluitur obligatio: quando creditum & debitum in vnam transeunt personam: (a) quod duobus contingit modis; vno, cum creditor principalis, debitori principali, aut hic illi, heres existit; (b) altero, cum fideiussor idemque debitor successit reo principali eidemque debitori, aut contra; quo modo facta confusione fideiussor liberatur, debitoris principalis obligatio manet. (c)

(a) l. pen. ff. de Solut. (b) l. sicut 75. l. si duo. 93. l. Stichum. 95. §. aditio. ff. de solut. l. debitori. 7. C. de pact. l. Granius. 71. ff. de Fideiuf. l. vt debitum. 5. & l. seq. C. de heredit. act. (c) l. si duo. 93. in fin. & d. l. Stichum. §. quod vulgo ff. de solut. de quo posteriori loco. Vid. Cuiac. lib. 11. Obseruat. cap. 34. & in lib. 28. quest. Rapin pag. 111. & seqq.

XII.

Dissoluitur item, vt dixi, obligatio, si duae lucratiuae causae in eundem hominem, & eandem rem, id est, speciem eandem concurrant: Vt si debitor eandem debeat speciem, ex causis lucratiuis duabus, veluti duabus donationibus, vel alijs similibus causis, vt sunt Legatum & Fideicommissum: tunc enim ex vna eiusmodi causa, debita species semel peti potest.

§. si res aliena vers. si vero ex causa, & vers. seq. Inst. de leg. l. omnes debitores. 17. ff. de oblig. & act. l. in perpetuum. 61. ff. de solut. & l. non quocunq; 82. §. vlt. ff. de leg. 1. vid. Donel. lib. 16. cap. 5.

XIII.

Alterum genus, quo obligatio dissoluitur absque opera eorum, ad quos ipsa obligatio pertinet, est amissio rei, quae tamen res alicubi in rerum

lii 3



DE MODIS QUIBVS

in rerum natura extat: vt si debitori furto sit ablata, aut vi erepta, aut in flumen deciderit, aut loco mota non reperiatur: modò tamen ex negotio bonæ fidei debeatur, & casu fortuito sit amissa, vel ea culpa quam debitor præstare non tenetur: (a) quæ verò ex negotio stricto debetur, ea amissa non liberat debitorem. (b)

(a) *l. si ea res. 32. in pr. ff. de act. empt. l. contractus. 23. ff. de R. l. l. qua fortuitis. C. de pignorat. act. Donell. lib. 16. Comment. cap. 6. & 7.* (b) *l. Continuus, §. illud. ff. de V. O. Sed obstare videntur. l. si ex legati. l. si seruum in pr. ff. de V. O. & d. l. quod te. §. ff. de rebus credit.*

XIV.

Bonæ fidei negotijs hîc annumeramus etiam legata & fideicommissa.

l. in minorum. 3. C. In quib. caus. rest. in integ. necess. non est. l. 3. l. vsura. 34. ff. de vsur. l. cum res. 47. §. pen. ff. de leg. 1.

XV.

Tertium genus huius ordinis est decursus temporis, actionibus temporalibus præfiniti: quòd si enim obligatio temporalem pariat actionem, veluti actionem biennem, annalem, vel sex mensium, biennio, vel anno, vel mensibus illis sex decursis, expirat ipsa obligatio ipso iure: (a) at perpetua si fuerit actio, elapso lege definito tempore, similiter quidem tollitur obligatio, sed ope tantùm exceptionis. (b)

(a) *l. in omnibus. 6. ib. finit obligationem. l. in honorarijs. 35. ib. cetera intra annum darentur, item ib. post annum non dantur, item ib. anno finitur. ff. de O. & A. & tit. Inst. de perpet. & tempor. act. in pr. ib. intra annum viuere, & l. 1. §. vlt. l. 3. in pr. vers. item si res. ff. de Fer. Quæ actio anno finiri dicitur, ipso iure finiri existimanda est: Sic vsusfructus finiri dicitur, §. finitur. Inst. De V. usufr. & finiri dicitur pignoris obligatio. l. eleganter. 29. in prin. ff. De pignorat. act. dies item finita in contractu dicitur, cum ita finita est, vt nulla amplius iure supersit. l. si finita in pr. ff. de dam. infect. Donell. lib. 16. Comment. cap. 8. pag. 640. vers. tunc solum, & pag. 646. vers. Quòd reliquum est, & pag. seq. De actione biennali, annali, sex mensium, vide etiam Cuiac. ad tit. ff. de diuers. & tempor. præscript. cap. 18. 20. & seq. (b) *d. l. obligationum. 44. §. 1. vers. Placet etiam. ff. de O. & A. l. nemo 55. ff. de leg. 1. l. omnes. 4. C. de præscript. 30. vel 40. an. Donell. d. cap. 8.**

Cæterùm

OBLIGATIO DISSOLVITVR.

202

XVI.

Cæterùm vt prædicto modo obligatio dissoluatur, necesse est, ne cursus temporis interruptus sit: interruptitur autem à persona creditoris, tum conuentione iudiciali: veluti vocatione in ius legitima, eaque sola, si actio sit perpetua, (a) item litis contestatione; (b) tum iusta hypothecæ detentione; (c) tum etiam morte creditoris, relicto impubere herede: (d) à persona verò debitoris, si is ad agnoscendum debitum, secundam cautionem in creditorem exposuerit. (e)

(a) *l. sicut. 3. vers. nec sufficiet, & l. cum notissimi. §. imò C. de præscript. 30. vel 40. an. VVesenbec. in supplemento ad Schneydenvvin. tit. de pæn. temer. litig. §. vlt. num. 11.* (b) *d. l. cum notissimi. §. imò & l. vlt. C. d. t.* (c) *d. l. cum notissimi. §. imò C. d. t.* (d) *d. l. sicut. 3. vers. nec sufficiet. C. Eod.* (e) *d. l. cum notissimi. 7. §. et si quis. C. d. t.*

XVII.

Sequuntur modi, quibus ipso iure dissoluitur obligatio, intercedente operâ, & facto eorum, ad quos pertinet; Vt sunt solutio debiti, & quæ pro solutione sunt, oblatio rei debitæ, & eius non acceptæ obsignatio & depositio: tum crediti & debiti compensatio: tum nudus creditoris & debitoris de finienda obligatione consensus: tum etiam nouatio & acceptilatio: tum denique creditoris delictum, pecuniam aut rem debitam auferentis.

XVIII.

SOLVTIO est eius, quod debetur naturalis, eaq; iusta præstatio. (a) In qua spectamus, quis, cui, rectè soluat; quid, & quantum soluendum sit; quomodo, quo loco, quo tempore solutio fieri debeat: tum etiam quis solutionis sit effectus.

(a) *Præstationis verbum generale est, & omni debito conuenit, siue res sit, siue factum, l. si fundum. 114. ff. de V. O. & l. qui res. 98. §. mihi Roma. ff. De solut. l. ex empto. 11. §. in primis. l. si eas res. 32. ff. de Act. empt.*

XIX.

Rectè soluit non solùm ipsemet debitor, sed & pro eo, etiam ignorante & inuito, alius.

S. 1. Inst. Quib. mod. toll. oblig. l. soluere. 53. l. solutione. 23. ff. de solut. l. manifesti. C. Eod. tit. l. & soluendo. 39. ff. De negot. gest. vid. Donel. lib. 16. Comment. cap. 10. pag. 653. vers. De alio qui debitor non sit.

XX.

Is tamen cui bonorum suorum administratio adempta est, non rectè

rectè soluit, qualis est pupillus sine tutoris autoritate. Quòd si pupillus soluerit, solutum si extet vindicari potest: si consumptum sit, pro solutione cedit.

§. vlt. Inst. Quib. alien. lic. l. quod si 14. §. vlt. l. obligari. §. pupillus. ff. de auctorit. tutor. Obst. videt. l. interdum. 29. ff. de condict. indebit.

XXI.

Rectè autem soluitur ei, cui ex obligatione debetur, non etiam alij sine voluntate creditoris. Mandante creditore: vel eo ratum habente, si alij solvatur, non minùs liberationem consequitur debitor, quàm si ipsi creditori soluisset. (a) Vnde si debitor soluat procuratori creditoris generali, vel si cui specialiter mandatum est, vt debitum exigeret, liberatur ab obligatione, (b) non item si alij creditoris procuratori soluerit. (c)

(a) d. l. soluendo. 39. ff. de Negot. gest. & l. inuito. 12. C. de solut. §. rectè quoque, vers. & huic simile est. Inst. Mandat. (b) l. verò 12. in fin. & l. aliud est 106. ff. de solut. (c) l. hoc iure. 89. & l. ex pluribus 86. §. 1. ff. d. t.

XXII.

Sed finitur hæc potestas soluendi procuratori, mandato reuocato: tum etiam morte creditoris: Vnde si debitor post sciens soluerit procuratori, non liberatur ab obligatione, (a) vt nec si creditor denunciauerit, ne procuratori solueret. (b)

(a) l. si verò. 12. l. si quis seruo. 18. l. si seruus. 32. l. qui hominem 34. §. qui Titium. l. si cum 82. l. dispensatori 51. ff. de solut. & §. rectè, Inst. Mandat. (b) l. aliud. 106. ff. de solut.

XXIII.

Similiter debitor pupilli rectè etiam soluit tutori, (a) vt & debitor eius, qui in cura est, illius curatori, (b) sed vt plenissimam securitatem consequatur debitor ex iudiciali sententia tutori vel curatori soluat. (c) Ipsi autem pupillo absque tutore autore non rectè soluitur. (d)

(a) l. Lucius. 46. §. tutela. vers. Paulus respondit, & §. vlt. ff. de administ. & pericul. tut. l. solutam. 49. vers. tutori quoque. ff. de solut. (b) l. quòd si fortè. §. 1. in fin. & d. l. solutam. 49. ff. d. t. l. pactum curatoris. C. de pact. & si plures sint, etiam vni rectè soluitur, nisi alter presens vetet solui. l. consilio. ff. de curator. furios. (c) l. sancimus. 25. C. de administ. tut. vel. curat. & §. at ex contrario, vers. sed hoc etiam euidentissima. Inst. Quib. alienar. lic. vel non. (d) d. §. at ex contrario, vers. ideoq; si debitor. Inst. d. t.

Quòd

OBLIGATIO DISSOLVITVR.

XXIV.

Quòd si creditor stipulatus sit, sibi aut Titio dari, vel ipsi creditori, vel huic etiam adiecto rectè soluitur, etiam inuito creditore, (a) quamuis adiectus ille pupillus fuerit. (b)

a) *S. planè. Inst. de inutilib. stipulat. l. quod stipulatus. 10. & l. aliud est. 106. ff. de solut.* (b) *l. si stipulatus fuero. 11. ff. d. t.*

XXV.

Tribus tamen modis finitur potestas soluendi adiecto, capitis diminutione eius, (a) petitione creditoris & lite contestata, (b) & pecunia debita creditori nominatim soli postea à debitore constituta. (c)

a) *l. cum quis. 38. in princ. ff. de solut.* (b) *l. si quis stipulatus. 57. S. 1. ff. d. t.* (c) *l. si verò. 8. ff. de constit. pec. Quòd si debitor nominatim non dixerit, se soluturum ipsi creditori soli, poterit adhuc adiecto soluere. l. si ita stipulatus. 59. ff. de solut.*

XXVI.

Videamus nunc, quid & quantum sit soluendum. Soluere autem debitor tenetur id, quod debet, (a) non aliud, siue res siue factum fuerit, nam alia res pro alia inuito solui non potest, (b) neque aliud factum pro alio, (c) vt si alia facti species præstetur, vel alia persona non æquè artis perita faciat. (d)

a) *Inst. quib. mod. toll. oblig. in pr.* (b) *l. manifesti 17. C. de solut. l. si quis aliam. 46. ff. eod. l. 2. S. mutui. ff. de reb. cred.* (c) *l. qui res suas 98. S. mihi Roma. ib. nam si diuersa facta sunt, diuersa res est. ff. de solut.* (d) *l. inter. 31. ff. d. t.*

XXVII.

Quandoque tamen etiam inuito creditori aliud rectè soluitur, puta, si res debita perijt, vt æstimatio eius sit præstanda, (a) vel noxali actione agatur. (b)

a) *l. in resurtiua. ff. de condict. furtiu. l. si domus. S. qui confitetur. ff. de leg. 1.* (b) *l. miles. 6. S. 1. ff. de re iud.*

XXVIII.

Quemadmodum res, quæ specie siue corpore alia est, inuito creditori solui nequit: ita nec ea, quæ forma est alia, rectè soluitur, si quod damnum ex ea re futurum sit creditori; (a) nec ea, quæ alia est qualitate interna. (b)

kkk

a) *l. cre-*

DE MODIS QVIBVS

a) *l. creditorem, aliàs, debitorem* 99. ff. de solut. vid. sub class. 1. disput. 8. thes. 44. & seqq. (b) *l. 3. vbi Donell. ff. de reb. credit.*

XXIX.

Similiter aliud pro alio soluit debitor, si soluendo quid dare debeat, rem autem non propriam, sed alienam soluat. Quo casu placet ita debitorem non liberari, vt creditor statim possit agere, nec cogatur exspectare, donec res sit euieta.

l. cum quis. 38. §. qui hominem. l. qui decem. 72. §. pen. l. si rem. 20. l. si creditor. 26. l. qui res. 98. in princ. ff. de solut. vid. Donell. lib. 16. Comment. c. 9. pag. 650. vers. pertinet autem. lin. 42. & seqq. & c. 11. pag. 665. vers. Quantitas præstationis, & pag. seq.

XXX.

Tantum autem soluendum, quantum quis debet, minus inuito creditori solui non potest, (a) cum particularis solutio non minima incommoda habeat; (b) alteri autem per alterum iniqua inferri conditio non debeat. (c)

a) *l. tutor. 41. §. Lucius Titius. ff. de vsur. Facit, quod Lex nominatim & specialiter concedit heredibus debitoris, particularim soluere l. heredes. 25. §. idem iuris. ff. Fam. Ercisc. Obst. videtur l. quidam existimauerunt. 21. Vbi Alciat. & Coras. ff. de reb. credit. & l. placuit. C. de Collat. fund. patrim. lib. XI. Et quod summarum siue quantitatis obligatio diuidua est, l. 2. ff. de V. O. (b) *l. planè. 30. ff. Famil. Ercis. (c) l. non debet. ff. de R. I.**

XXXI.

Sequitur de modo, loco, & tempore solutionis. Modus & forma solutionis est, ipsa naturalis, id est, realis præstatio debiti: vt cum debitor in conspectu creditoris, rem ipsam debitam eius esse facit, & potestati subijcit.

l. solutam. 49. & l. pen. ff. de solut. atq; hac forma differt solutio à cæteris modis dissoluendæ obligationis.

XXXII.

Locus dissoluendi debiti aut ab initio constitutus est à creditore & debitore: aut non est condictus. Quòd si dictum sit, quo loco debitum præstari deberet, iuris differentia est inter creditorem & debitorem. Creditori sub commemoratione loci, vbi solui debuit, licet alio loco, quàm constituto, petere quod deberetur, proposita ei arbitraria

traria actione, in qua aestimatio venit eius, quod alterutrius interfuit, condito loco potius, quam in eo, in quo petitur solui, ne loci utilitas, vel actori, vel reo auferatur: (a) actori si per reum mora fuit, quò minus suo loco solueret: (b) reo, si per actorem mora fuerit, quò minus loco conueno oblatam pecuniam acciperet. (c)

a) l. 2. in pr. & §. vlt. l. 3. ff. de eo, quod cert. loc. (b) l. 1. l. centum. 8. l. vlt. ff. de eo, quod cert. loc. l. vn. Vbi Cuiac. in parat. C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. promis. (c) §. loco plus petitur. Vbi Donell. Inst. de Act. l. 2. in princ. ib. vtriusque utilitatem, & §. vlt. ff. de eo, quod cert. loc. d. l. vn. ib. alterutrius interfuit. C. vbi conuen. qui dar. cert. & c. & ib. Cuiac. in parat.

XXXIII.

Quod autem de alio loco dictum est, exaudiri debet de loco idoneo, vt de loco domicilij, vel vbi contractum est.

Arg. l. heres. §. 1. & vlt. ff. de iud. Accurs. ad l. 1. ff. de eo, quod cert. loc. Duar. in Comment. ad eund. tit. cap. 4. Donell. ad l. 1. num. 6. ff. d. r. Accurs. ad l. eum, qui 43. ff. de iudic. gl. ad l. si duo. 16. §. 1. ff. de const. pecun.

XXXIV.

Interdum tamen reus, si alio conueniatur loco, absolui debet: vt si loco constituto pecunia debita sit oblata creditori, quam accipere recusauit; si item dicat debitor, se in locum constitutum venisse soluendi causa, & cum illic creditorem non offenderet, se ibi pecuniam deposuisse apud amicum, qui creditori illic inuento quandoque solueret; tum etiam si dicatur pecunia ibi, vbi promissa est, ex facili soluenda, seu solui posse. Sed debitor ex his causis eatenus absoluitur, quatenus cautionem prius exponat, de pecunia ibi soluenda, vbi promissa est, vbi dari ex promissione debuit.

l. 4. §. 1. & ibi Donell. ff. de eo quod cert. loc.

XXXV.

Est & illud hic monendum actioni huic arbitrariæ, (quæ & utilis actio appellatur, non quod efficax sit, vt Accursius voluit, neque quod continet executionem eius quod interest, sed quia ex æquitate datur, deficiente directâ) (a) locum esse tantum in stricti iuris negocijs, non etiam in negocijs bonæ fidei, quippe cum earum actio directâ moueri possit, si in contrahendo conuenerit, vt certo loco quid præstetur. (b)

Kkk 2

a) l. 1.

a) *l. 1. Vbi Donell. num. 4. ff. de eo, quod cert. loc. & Cuiac. in Tractat. ad African. 3. in explicatione l. centum. 8. ff. d. t. pag. 62. (b) l. in bona fidei. 7. vbi Donell. ff. de eo, quod certo loco. Cuiac. in lib. 28. Pauli ad edictum. pag. 35. col. 2. & pag. seq.*

XXXVI.

Reus autem, qui certo loco dare promisit, nullo alio loco, quam in quo promisit, soluere invito stipulatore potest: (a) nisi iusta causa sit, cur alio loco debitum solvatur; (b) veluti si condicto loco solui non possit, eò, quòd locus ille esse desierit, vt si vastatus sit bello, & euersus, aut absorptus chasmate, aut à mari occupatus, aut interclusis ab hoste itineribus, eò commeari non possit: (c) vel si nihil interfit creditoris alio loco solui. (d)

a) *l. pen. ff. d. t. (b) l. vsuras. 8. C. de solut. (c) Impossibile enim nulla est obligatio. l. impossibile. ff. de R. I. (d) Malitiosa est enim postulatio, ex qua nihil laturi sunt, nisi vt molestiam exhibeant, & offendant reo: Malitijs autem non est indulgendum. l. in fundo. ff. de R. V. l. si cui. ff. de fer. Et inuenta sunt stipulationes, vt vnusquisq; adquirat, quod suà interest, l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de V. O. Donell. ad l. pen. num. 5. ff. de eo quod cert. loc.*

XXXVII.

Quòd si de loco nihil in còtractu dictum sit; tùm id, quod pondere, numero, mensuraue constat, ibi soluendum est, vbi petitur, & peti debet, puta, vbi reus domicilium habet, aut obligatio contracta est. Sin species, siue corpus certum, ibi quoque rectè soluitur, vbi est, nec cogitur debitor aliò ad creditorem traducere; nisi dolo malo creditoris, res translata sit aliò, quam vbi prius erat.

l. quod legatum. 38. vbi Br. & alij. ff. de iudic.

XXXVIII.

Tempus solutionis quod attinet, cùm solutio sit eius, quod debetur, certum est antequam quid debeatur, necessariò soluendum non esse. Quod ergò sub conditione debetur, pendente conditione, soluere debitor non tenetur. (a) Et si soluerit ante conditionem, non videtur fecisse, quod promisit, atque ideò repetere potest. (b)

a) *l. cedere diem. 213. ff. de V. O. & l. si post. 5. §. sed si sub conditione. ff. Quando dies leg. ced. (b) l. stipulatio ista. 38. §. inter, vers. & qui promisit. ff. de V. O. & l. qui promisit 48. ff. de condict. indebit.*

Similiter

XXXIX.

Similiter qui in diem quid debet, ante diem soluere non tenetur. Quin etiam ne eo quidem die præstare id cogitur, sed totus ille dies arbitrio solventis relinquitur.

§. Omnis stipulatio. Inst. de V. O. l. eum qui. 138. ff. d. t. l. Qui hoc anno 42. ff. eod. & §. pen. Inst. de inutilib. stipulat.

XL.

Potest tamen debitor in diem, quod debet, etiam ante diem re-
ctè soluere. (a) Sed an inuito creditori? Negamus. (b)

(a) d. l. stipulatio ista 38. §. inter incertam. l. continuus 137. §. cum ita. vers. Nam & quod. ff. de V. O. l. Quod certa die 70. ff. de solut. & fac. l. Quod quis. 50. ff. de O. & A. (b) l. si soluturus. 39. l. Qui decem 72. in pr. ib. Ille sine iusta causa ea accipere recusavit, & l. creditor, 102. ff. de solut. Aemil. Ferret. & Cuiac. ad d. l. stipulatio ista. 38. §. inter incertam. ff. de V. O. Idem Cuiac. lib. 23. Obseruat. cap. 22. Ioan. Borch. in commentar. ad tit. de V. O. cap. 6. num. 33. & seqq. At dissentit. Br. & Coras. ad d. l. stipulatio ista. 38. §. inter incertam. ff. d. t. Donel. ad l. eum qui Kalend. ff. eod. & in comment. lib. 16. cap. 11. pag. 664. Anton. Fab. lib. 1. Coniect. cap. 1. Iure item Vvirtembergico est cautum, quod debitor creditori & inuito ante diem soluere possit. Landrecht part. 2. tit. wie gelihen Geld oder Gut bezahlt werden soll. pag. 184.

XLI.

Quod autem purè quis debet confestim soluere tenetur; (a) nisi locus adiectus sit solutioni, (b) vel obligatio ex re ipsa dilationem capiat, veluti si in obligatione sit partus futurus, aut futuri fructus. (c)

(a) §. Omnis stipulatio. Inst. de V. O. l. in omnibus obligationibus. 14. ff. de R. I. Id tamen cum temperamento temporis intelligendum est, l. quod dicimus 105. ff. de solut. iunet. l. ratum autem habere. 13. ff. d. t. nec enim magnum damnum est in mora modici temporis. l. si debitori. 21. ff. de Iudic. (b) l. eum qui Kalendis. 41. §. 1. ff. de V. O. & §. loca. eod. tit. (c) l. Interdum. 73. ff. d. t.

XLII.

Restat effectus solutionis, qui hic est, quod per eam obligatio tollitur, (a) & ipso quidem iure, non ope exceptionis, (b) siue ciuilibis, (c) siue naturalis (d) sit obligatio.

(a) Inst. Quib. mod. tollit. obligat. in pr. (b) l. Stichum. 95. §. naturalis. ff. de solut. & l. creditor. 5. C. de pact. (c) d. l. creditor. 5. C. d. t. Obstare videtur l. Qui hominem. 34. §. vlt. ib. & idè non liberatur. ff. de solut. (d) d. l. Stichum 95. §. Naturalis. ff. de solut.

Kkk 3

Quòd

Quòd si tamen ex diuersis causis debeat aliquis, tum ea tantùm obligatio tollitur, in quam debitum solutum debitor dixit; Est enim in arbitrio soluentis dicere, quod potiùs debitum voluerit solutum. Quod si debitor nò dixit, in quam causam solutum vellet, tunc in arbitrio creditoris accipientis est, in re præsente constituere, cui potiùs debito acceptum ferat.

l. 1. C. de solut. & l. 1. l. 3. & l. Paulus respondit. 101. §. 1. ff. d. t. vid. Donel. lib. 16. comment. c. 12. pag. 673. & ad d. l. 1. n. 3. C. de solut. vbi corrigit text. d. l. 1. in fin. vbi pro hoc est, legendum putat, potest; sed contra omnium exemplorum fidem; Neq; opus est illa correctione.

XLIV.

Nunquid ergo creditor etiam in leuiorem causam solutum constituere potest? Affirmamus.

Per d. l. 1. ibi, conuertitur electio ad eum, qui accepit. C. de solut. & d. l. 1. ibi, in arbitrio est accipientis ff. eod. t. Sed obstare videtur in eadem lege vers. dummodo in id constituat. Quem locum de creditore, qui post solutionem constituit, in quam causam solutum velit, malè accipit Donel. ad d. l. 1. n. 3. C. de solut.

XLX.

Quòd si tamen creditori liberum sit, non accipere in eam causam, in quam debitor solutum dicit, arbitrium debitoris cessat: vt & cessat creditoris electio, si liberum fuerit debitori nò soluere in eam causam, in quam creditor solutum suo arbitrio constituit: (a) veluti si constituat creditor in causam, de qua controuersia est; vel ex qua alieno fideiussorio nomine debitor obligatus est; vel cuius dies nondum venit. (b)

(a) *l. 2. ff. de solut.* (b) *d. l. 1. vers. dummodo in id constituat. ff. eod. t.*

XLVI.

Si fortè solutionis tempore à neutro dictum sit, in quam causam solutū, vel acceptū debitum vellet, primò dispiciendū, an inter plures causas aliqua sit, ex qua debitor iam compelli ad soluendum possit; ex quibusdam verò non possit; quales sunt in diem & conditionales obligationes, item obligatio merè naturalis. Nam hoc casu ex illa, non ex his solutū creditor acceptò ferre iubetur. (a) Quod si debitor ex omnibus causis iam compelli ad soluendum possit, multū refert, utrū de pluribus summis principalibus agatur, an verò de sorte & vsuris. Si de plurib. summis principalibus agatur, hæc definitio certi iuris

OBLIGATIO DISSOLVITVR.

iuris tenenda est, non posse creditorē postea cōstituere, in quam summam acceptū ferat, quod solutū est, nisi in duriorē & grauiorem. (b)

(a) *l. 3. l. cum ex plurib. 103. ff. de solut.* (b) *d. l. 3. & l. 5. ff. de solut. Donel. ad l. 1. n. 6. 7. 8. & seqq. C. eod. t. & lib. 16. comment. pag. 672. & seqq.*

XLVII.

Hinc si inter causas, ex quib. quid debetur, ea sit, quæ ex dilatione periculum continet, vel famæ, vel pecuniæ, vel molestiæ à plurib. creditorib. subeundæ, in eam solutum constitui oportet. Periculū famæ adfert actio, ex qua debitor damnatus ex edicto fit infamis, vt actio furri, vi bonorū raptorum, iniuriarum, pro socio, tutelæ, mādati, depositi; vnde huiusmodi causa potior erit. (a) Huic proxima est causa, quæ continet periculū pecuniæ, qualis est, quæ habet stipulationem pœnæ, aut vsurarum adiunctam; tū etiam causa iudicati, ex qua bona debitoris capiuntur pignori, & distrahuntur, vt iudicatis satisfiat; (b) Item obligatio, quæ sub hypotheca vel pignore contracta est, propter periculum distractionis pignorum. (c) Periculum molestiæ à pluribus creditoribus imminet, cū debitor aliquid debet satisfatō, id est, fideiussorib. datis; siquidem duo illi creditores, principalis, & fideiussor non desinant debitori esse molesti, donec soluerit. (d)

(a) *l. cum ex pluribus. 97. & l. si quid. 7. ff. de solut.* (b) *d. l. cum ex pluribus. 97. l. 4. l. 7. ff. d. t.* (c) *d. l. cum ex plurib. ff. eod.* (d) *d. l. 4. ff. b. t.*

XLVIII.

Quòd si in causis, ex quibus debitor ad soluendum cogi potest, nullum tale periculum ex dilatione metuitur, videndum, an qua sit propria debitoris, quædam verò aliena, veluti fideiussionis causa. Potior enim habetur propria, quàm fideiussoria causa.

d. l. 4. & l. cum ex pluribus. 97. ff. de solut.

XLIX.

Si nihil prædictorum interueniet, sed omnia nomina erunt, & in commodo & proprietate similia, tunc ex omnibus habetur causa grauior, quæ est antiquior; Proindeq; in antiquiorem & vetustiore causam solutum videri debet.

l. 5. in prin. l. vbi. 24. l. cum ex pluribus. 97. & l. creditor. 102. §. Valerius. ff. de solut.

L.

Quod si amplius solutum est, quàm quod in vnam aliquam causam queat impurari, tunc quod amplius est, reliquis causis suo cuiq; ordine tribuetur.

l. cum ex plurib. 97. ff. d. t.

Sin

L I.

Sin par dierum & contractuū causa sit, vt nulla causa alia, alijs sit antiquior, vel nullus contractus alijs debitori sit onerosior, tum ex omnibus summis pro portione videtur solutum.

l. illud. 8. ff. d. t.

L II.

Quòd si de sorte & vsuris agatur, ex quibus sortis obligatio principalis est, vsurarum accessoria; Hic si quid solutum sit, quod ad vtramque causam non sufficiat, neutro voluntatem suam exprimente, tunc prius id quod soluitur in vsuras, deinde in sortem accepto ferri debet; Proindeque in eam causam, in quam accepto ferri creditori expedit, non debitori, (a) siquidem sorte soluta, vsurarum accessoria tollatur obligatio. (b)

(a) *l. 1. & ibi Donell. n. 16. C. de solut. & l. 5. §. vlt. ff. eod. Idem Donell. lib. 16. Comment. cap. 12. pag. 676. vers. vlt. & pag. seq.* (b) *l. Eos. in princ. C. de vsur.*

L III.

Si amplius solutum sit, quam in vsuras acceptum feratur, quod superest, in sortem cedit.

d. l. 5. §. vlt. ff. de solut.

L I V.

Sed quod generaliter constitutum est, prius in vsuras numum solutum accepto ferendum, ad eas vsuras pertinet, quas debitor exsoluere cogitur. Et sicut ex pacti conuentione datae, repeti non possunt; ita proprio titulo non numeratae, pro solutis ex arbitrio percipientis non habebuntur: (a) Nisi in has quoque pignus datum sit; (b) quippe cum pignus hisce etiam vsuris obstrictum sit. (c)

(a) *d. l. 5. §. pen. vers. quod generaliter. ff. de solut.* (b) *l. si vsuras. 21. C. de vsur.* (c) *l. 4. & l. pignorib. 22. C. d. s. l. Paulus. 101. §. 1. ff. de solut.*

L V.

SUCCEDVNT, quæ pro solutione sunt, oblatio rei debita, & eius non accepta obsignatio, & depositio. OBLATIO rei debita, quæ omninò necessaria est, (a) fieri dicitur, cum debitor speciem debitam creditori repræsentat, aut pecuniam annumerat, & simul ostendit, separatim esse illi tradere debitum. Non sufficit si dicat solum, se paratum esse illi soluere, sed realis debet esse oblatio. (b)

(a) *l. 2.*

a) l. 2. C. de usur. l. Iulianus. 13. S. offerri. ff. de act. empr. & vend. l. 2. C. de pact. inter empr. & vendit. l. seruus. 34. S. vlt. ff. de stat. lib. l. vlt. C. debitorem vendit. pign. impedir. non poss. l. vlt. C. de luit. pignor. l. 2. C. de iur. Emphyt. l. tutor pro pupillo. 28. in fin. ff. de administ. tut. l. si debitor. 30. ff. de solut. (b) uti arguit tam ipsa prepositio ob, in composito verbo Oblatio; tum etiam text. in l. cum seruus. 82. vers. nam non utiq. ff. de condit. & demonstrat. & alij textus ad lit. A. adscripti, & autoritates Dd. adducta ad thesin 61. sub disput. 20. de iure retractus, class. 2. sentit idem Molin. in tract. de usur. quest. 39. num. 297. tum etiam Donell. lib. 16. Commentar. cap. 13. pag. 678. vers. oblatio debiti, & pag. seq. in princ. & ad l. ob signatione. 9. num. 3. C. de solut.

LVI.

In rebus soli similiter debiti oblatio fieri debet; (a) at quia ea per manum in manum tradi nequit, idonea satis est oblatio, si dicat debitor creditori se paratum eam illi tradere; (b) quod etiam in praesentia facere potest, vel constituendo se nomine creditoris possidere, (c) vel mittendo creditorem in vacuam possessionem. (d)

a) Nouell. 91. cap. 2. vbi Cuiac. (b) Bald. ad l. acceptam. C. de usur. Molin. post alios consil. 57. num. 9. Donell. lib. 16. Comment. cap. 13. pag. 679. in princ. (c) l. quod meo. 18. in princ. ff. de adquir. vel amitt. poss. (d) l. si me in vacuam. 34. in princ. ff. d. r.

LVII.

Oblatio autem debiti testato, id est, testibus praesentibus fieri debet; apud quos testetur debitor, id esse, quod debet, quod nunc offert, ac petat ab illis, ut meminerint, & testes eius rei esse velint.

l. si creditrici. 6. & l. acceptam. 19. C. de usur.

LVIII.

Fieri item debet oblatio totius debiti cum usuris, si quae debeantur: (a) & quidem fieri debet idoneo loco, (b) & tempore opportuno. (c)

a) d. l. acceptam. 19. C. de usur. & d. l. vlt. ibi, si vniuersum tam sortis, quam usurarum debitum offerat creditori. C. debitorem vend. pign. impedir. non poss. (b) l. qui Roma. 122. in princ. ff. de V. O. l. ob signatione. 9. C. de solut. & l. mora. 32. in princ. ff. de usur. (c) l. si soluturus. 39. ff. de solut. Molin. d. consil. 57. n. 11. vbi addit, quod die, non nocte fieri oblatio debeat; citat in hanc sententiam Pet. de Bella Pertic. in repetit. d. l. acceptam. 19. C. de usur. De tribus

his, in thesi propositis, conditionibus oblationis, agit quoq; Donell. ad d. l. ob signa-
tione. 9. n. 8. 9. & 10. C. de solut. & Io. Borcholt. de vsur. cap. vlt. n. 8. & 10.

LIX.

Oblatione debiti hoc modo facta, si creditor rem debitam ita oblatam non accipiat, & ipsum debitum in quantitate consistat, includi in vas aliquod, aut saccum debet, & ipsi vasi, aut sacco sigillum imponi, vt nisi amoto sigillo, vas aut saccus aperiri non possit.

d. l. si creditrici. 6. & d. l. acceptam. 19. C. de vsur. & l. vlt. C. de luit. pignor. l. ob signatione. 9. C. de solut. & d. l. Tutor pro pupillo. 28. in fine. ff. de administ. & peric. tutor. De ob signatione, vide quoq; l. 1. §. si pecunia in sacculo 36. ff. de positi. de ob signatione hac, vide quoq; Donell. lib. 16. Comment. cap. 14. per totum.

LX.

Non satis est ob signationem & consignationem debiti solenniter factam fuisse; sed & illud insuper requiritur, vt tuto loco res debita, non accepta à creditore, deponatur, (a) qui locus est locus publicus, puta sacratissimæ ædes, aut vbi iudex competens super ea re aditus rem deponi constituerit. (b)

a) d. l. Tutor pro pupillo. 28. in fine. ff. de administ. & peric. tutor. (b) d. l. acceptam. 19. C. de vsur.

LXI.

Quòd si aberit creditor, magistratus interpellandus erit, apud quem ostendatur, paratam esse pecuniam, quæ offeratur. (a) Si copia magistratus haberi non possit, coram honestis personis isthæc protestatio fieri debet, & super ea re Notarius rogari. (b)

a) l. si creditrici. 6. C. de vsur. & l. vlt. ff. de leg. commissor. Atq; huiusmodi protestatio vim habet realis oblationis, vt post alios sentit Molin. d. consil. 57. n. 10. Donell. ad. d. l. ob signatione. 9. n. 7. C. de solut. & lib. 16. Comment. cap. 13. pag. 679. lin. 42. & seqq. (b) per l. final. C. de his, qui propt. met. iud. non appell. & l. de pupillo. 5. §. si quis ipsi Prætori. ff. de oper. nou. nunc. Molin. d. consil. 57. num. 10.

LXII.

Effectus oblationis, ob signationis, & depositionis idem est, qui solutionis; Proindeque ipso iure debitor per eam liberatur. (a)
vt ne-

ut neque rei debitæ periculum ampliùs sustineat, (b) neque usuras præstare cogatur. (c) Liberantur item pignora, (d) liberantur & fideiussores. (e)

a) d. l. acceptam. 19. C. de usur. l. 1. §. si pecunia, in fin. ff. de positi. Sed ob-
stare videntur d. l. acceptam. 19. vers. vlt. C. de usur. verba hæc: creditor, scilicet
utili ad executionem, &c. & l. debitor. ff. de usur. ad utrumq; locum respondet
Donell. ad d. l. ob signatione. 9. n. 12. & 13. C. de usur. (b) d. l. acceptam. C. de
usur. (c) d. l. creditrici. 6. C. d. t. & l. Tutor. 41. §. 1. ff. eod. tit. de usur. d. l.
tutor pro pupillo. §. vlt. ff. de administ. & peric. tutor. d. l. creditor. C. de pigno-
rib. l. vlt. C. debitorem vendit. pign. impedire non poss. l. vlt. C. de luit. pignor.
(e) l. in omnibus speciebus. 43. ff. de solut.

LXIII.

Sola autem oblatio rei debitæ non liberat debitorem, vel ipso iure vel per exceptionem; (a) neque cursum usurarum interpellat; (b) neque pignora liberat, (c) neque fideiussores. (d) Si tamen pecunia tributorum & publicarum pensitationum nomine debita susceptoribus oblata sit, ipsa sola oblatio pro solutione cedit, (e) ut si servus causa implendæ conditionis, sub qua manumissus est, decem obtulerit. (f)

a) l. illud. 17. ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. sed si postea. 24. ff. de recept. arbit. (b) d. l. acceptam. 19. C. de usur. l. 1. in fin. & l. debitor. ff. d. t. d. l. tutor pro pupillo. §. vlt. ff. de administ. & peric. tutor. (c) l. vlt. C. de luit. pign. d. l. vlt. C. debitor. vendit. pign. impedire non poss. l. si prius C. de distract. pign. Sed obstare videtur l. item. 6. §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. solu. (d) per l. in omnibus speciebus. 43 ff. de solut. (e) l. 1. vbi Cuiac. C. de suscept. lib. 10. (f) l. vlt. C. de condit. institut.

LXIV.

Etsi verò sola oblatio debitorem ab obligatione haud liberet, alia tamen commoda ipsi adfert. I. Liberat eum periculo custodia, nisi post oblationem interpellatus novam creet moram; (a) aut eius dolo malo res postea perierit. (b) II. Facit, ne aduersus eum usuræ, aut pœnæ stipulatio committatur, cum utrumque deberetur ea conditione, si pecunia soluta non esset, & ea pecunia non soluta quidem, sed tamen ab ipso debitore creditori oblata est. (c) III. Eadem oblatio facit, ut si creditor ex rebus, sibi pignori obligatis, fructus postea percipiat, eos non in usuras, sed in sortem computare cogatur. (d)

Lll 2

a) l. illud

a) *l. illud. 17. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. si seruum. §. sequitur. ff. de oblig. & act. Donell. lib. 16. Comment. cap. 13. pag. 680.* (b) *d. l. illud. 17. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. si mora. ff. solut. matrim. Facit huc, quod nemo suo facto obligationem tollere potest. l. sequitur. §. videamus. ff. de verb. oblig. Quodq; nulli suus dolus prodesse debet. l. 1. ff. de dolo malo.* (c) *Cum enim per creditorem stet, quò minus debitum solvatur, atq; ita quò minus impleatur conditio, iure debitum pro soluto, & conditio pro impleta habetur. l. iure. 24. ff. de condit. & demonstr. & l. in iure. 161. ff. de R. I. Soluta autem sorte, neq; usura, neque pœna debetur. l. in omnibus. 43. ff. de solut.* (d) *l. ex prædijs. C. de usur.*

LXV.

Sed quæritur, an sola extra iudicialis oblatio, sine obfignatione & dispositione, etiam extra propositum iam casum, usurarum cursum impediatur? Dd. cõmuniter negant, (a) inter quos est Donellus, (b) & rectè quidem negant: (c) Molinæus (d) verò affirmat, (e) sed malè. (f)

a) *Quorum meminit Molin. tract. de usur. quest. 39. num. 206. & consil. 57. num. 3.* (b) *lib. 16. Comment. cap. 13. pag. 680. lin. 12. & seqq.* (c) *per text. in d. tutor pro pupillo. 28. §. vlt. ff. de administ. & peric. tutor. l. 1. in fin. l. debitor. ff. de usur. & d. l. acceptam. C. eod. tit.* (d) *d. quest. 39. num. 206. & d. consil. 57. num. 12.* (e) *per l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. videtur quoque huc facere l. si residuum. 5. C. de distract. pign. Priori loco vitur hoc argumento; quia ipsi obligationi usurarum vel redditus inest conditio, nisi fors cum reliquis offeratur. Posteriori casu, scilicet consil. 57. num. 12. confirmat suam hanc opinionem hac ratiocinatione: Si compensatio impedit cursum usurarum ipso iure, etiamsi non opponatur ab homine: Multò fortius eum impedit oblatio ab homine congruè facta.* (f) *per text. ad lit. C. adscriptos.*

LXVI.

Videamus nunc de COMPENSATIONE. Compensatio est quantitatis debitæ, & creditæ quantitatis, (a) eiusdem generis, (b) inter se contributio, (c) qua debitor, idemque creditor eiusdem, ab obligatione liberatur, (d) vt quod creditori suo debet retinere, (e) & seruare, (f) eundemque petentem suum debitum submouere (g) possit.

a) l. §.

(a) *l. si conuenerit 18. in prin. ff. de pign. act. l. 1. ff. de impens. in res dot. al. fact. l. si non sortem, 26. §. si centum. ff. de condict. indebit. lul. Paul. lib. 2. recept. sentent. tit. 5. & ibi Cuiac. l. 2. ibi, pecunia, l. 4. ibi, pecuniam, l. 5. ibi, quantitas em l. si propter 8. l. si tutores 11. C. de compensat. l. cum alter, 11. l. pecuniam 15. l. debitor 19. & l. seq. l. pen. ff. eod. t. Donell. lib. 16. commentar. cap. 15. pag. 696. vers. Non minus res; & ad §. in bona fidei. n. 13. Inst. de act. (b) Tyndar. tractat. de compens. artic. 3. n. 7. l. 1. ff. de compensat. Donel. d. cap. 15. pag. 691. lin. 30. & d. §. In bona fidei, n. 3. & 14. (c) Est enim compensatio pro solutione. l. 4. C. de compensat. & dare intelligitur, qui compensat. l. dedisse 76. ff. de verb. signif. (d) l. 4. ff. de compens. Non est compensatio retentio, sed iure compensationis fit retentio. d. l. 4. & l. ob negocium 20. ff. eod. tit. (e) *l. si cum 9. in pr. ff. d. t.* (f) *l. 2. ff. h. t.**

LXVII.

In compensatione autem spectamus, tum ex quibus actionibus compensatio fieri queat; tum quibus in casibus: tum etiam quomodo fiat compensatio, & quo tempore ea obijci possit: tum deniq; vim & effectum compensationis.

LXVIII.

Compensatio fieri potest ex omnibus actionibus, siue in personam, siue in rem fuerint, (a) siue bonae fidei, siue stricti iuris. (b) Neque refert ex contractu, vel quasi, delicto, vel quasi delicto sit actio. (c)

(a) *l. vlt. in princ. C. de compensat. & ibi Cuiac. in paratit. in fin. Idem Cuiac. lib. 15. obseru. cap. 12. & Donel. ad d. §. In bona fidei, n. 6. Inst. de act. (b) d. §. In bona fidei. Inst. de act. l. Inter 36. ff. de administrat. tutor. l. 4. l. si ambo. 10. §. pen. & vlt. l. cum alter 11. & l. seq. ff. de compensat. l. 4. l. 5. C. eod. tit. Cuiac. lib. 8. obser. cap. 16. & lib. 15. cap. 7. Facit hoc, quod exceptio doli strictum iudicium facit bonae fidei iudicium. l. Seia 42. ff. de mort. caus. donat. Cuiac. lib. 3. obseru. c. 17. Et dolo facere videtur, qui petit id, quod mox est restitutus, l. dolo 8. ff. de doli mali, & metus except. (c) d. l. si ambo 10. §. pen. ff. de compensat.*

LXIX.

In actione tamen depositi, & momenti actione, compensationi locus non est. (a) Quæritur de actione commodati, & de dote actione? Nos in his etiam compensationem fieri asserimus. (b)

(a) *l. vlt. §. 1. C. de compensat. & l. pen. C. depositi. Paul. lib. 2. sentent. tit. 22. de deposito. Cuiac. lib. 8. obseruat. cap. 16. in fin. Quod attinet actionem momenti, firmat hanc conclusionem, l. vlt. in fin. C. de compensat. l. vnic. C. si de moment. poss. fier. appell. l. momentaria 8. C. vnde vi. Cuiac. lib. 1. obser. c. 23.* (b) Nam he dua actiones non excipiuntur in d. l. vlt. §. 1. & vlt. C. de compensat. Exceptio autem firmat regulam in casibus non exceptis. *l. Quasitum 12. §. idem respondit, vers. Nam qui hac. ff. de instruct. vel instrum. leg. Et de dotis action. est text. in l. fructus 7. §. ob donationes 5. l. 15. §. 1. l. si constante 24. §. si vxor 6. ff. solut. matrim. l. 5. ff. de impens. in res dot. al. fact. l. neq. 6. C. de compensat. l. 2. ff. rer. amot. ar. Dissentit Duar. ad d. l. fructus. §. ob donationes. ff. solut. matrim. & Francisc. Balduin. in Iustinian. pag. 151.*

LXX.

Non autem omnibus in casibus compensatio fieri potest; (a) proindeq; videndum, quibus in causis, in quibus item rebus, & quali in debito locus sit compensationi.

(a) *l. qui inuicem 30. ff. de condict. indebit.*

LXXI.

Compensatio fieri potest in causis non priuatis tantum, sed & publicis, veluti in causis fisci, & Reipubl.

l. Idem 12. & l. vlt. ff. de compensat. & l. 3. in princ. C. eod. tit.

LXXII.

Excipiuntur tamen quædam eiusmodi causæ: veluti si quis debeat aliquid ex causa vectigalium, tributorum, stipendiorum, (a) vel ex causa annonaria, (b) ex causa fœneratitiæ pecuniæ, mutuò à Reipub. acceptæ, (c) ex causa alimentorum, quæ Respub. agentibus præstat; (d) Si quis item pecuniam debeat, quæ statutis sumptibus seruit, vt quæ destinata est ad soluenda stipendia ijs, qui Reipub. operam nauant, vt militibus, ducibus belli, magistratibus, consiliarijs, officijs magistratuum, professoribus liberalium artium in quaq; ciuitate. (e) Et si quis fideicõmissi ciuitatis debitor sit. (f) Si quid denique debeat ex pretio rei à Reipub. emptæ. (g)

(a) *l. 3. C. de compensat. l. aufertur 46. §. vt debitoribus. ff. de iur. fisc. (b) d. l. aufertur 46. §. vt debitoribus. ff. d. s. l. ob negocium 20. ff. de compensat. Cuiac. lib. 2. obseru. c. 23. (c) d. l. 3. ibi, si neq. ex Kalendario. C. de compensat. (d) d. l. 3. ibi,*

neq.

neg, alimentorum. C. d. t. (c) d. l. 3. ibi, neque eius, qui statutis sumptibus seruit. C. eod. tit. (f) d. l. 3. inf. C. d. t. (g) d. l. aufertur 46. §. vt debitoribus. ff. de iur. fisc. De septem exceptis causis vide Donel. lib. 16. comment. cap. 15. pag. 692. vers. Quod attinet, & paginis seqq.

LXXIII.

Res ad compensationem pertinentes sunt pecunia, & alia quantitas, non species siue corpus.

Per text. sup. ad thes. 66. sub lit. A. adductos. Obstare videtur, quod compensationi locus est, etiam in actionibus in rem.

LXXIV.

In eo autem debito locum habet compensatio, quod iure exigere potest, & necessario soluendum est: (a) tum etiam quod natura debetur. (b) Non item quod iure tantum civili debetur, & proinde per exceptionem perimi potest. (c)

(a) l. 1. & l. 2. ff. de compensat. (b) l. etiam quod natura 6. ff. d. t. (c) l. Quaecumq; 14. ff. eod. tit.

LXXV.

Sed necesse est, vt purum sit debitum, non quod in diem, vel sub conditione debetur, cuiusmodi debitum ante diem, vel sub conditione compensari non potest.

l. Quod in diem 7. ff. de compensat. Sed obstare videtur l. cum militi 16. §. 1. ff. d. t.

LXXVI.

Desideramus & illud, vt debitum certum sit, & liquidum, quale est, confessum debitum, & quod ex iudicato venit: Incertum, controversum, & illiquidum debitum non compensatur.

l. si debeas 22. ff. de compensat. l. 3. ff. de tut. & rationib. distrab. l. vlt. §. 1. C. de compensat. & §. In bona fidei, vers. sed nostra constitutio, ibi, qua iure aperto nituntur. Inst. de actionib. Obstare videtur l. in compensationem 8. ibi, quo nomine cum actore lis contestata est. ff. de compensat. vbi Bart. notat, quod dictum litigiosum in compensationem deduci possit.

LXXVII.

Exigimus & hoc, vt quod compensari debet, ipsi debitori non alij debeatur: (a) & vt debeatur à creditore non ab alio, qui creditoris nomine pecuniam petit. (b)

(a) l. Eius

(a) *l. Eius 9. C. de compensat. & l. cum militi 16. in princ. & l. in rem 18. §. 1. ff. eod. t.* (b) *l. pen. ff. d. t.*

LXXIIX.

Hinc compensationi locus non est, Principis procuratore creditum petente, si debitori ab ipso Principe quid vicissim debeatur, at non ex eiusdem, sed alterius procuratoris statione.

l. 1. C. de compensat.

LXXIX.

Similiter cum militi castrensiu bonorum alius, ceterorum alius heres existit, & debitor alteri heredum obligatus velit compensare, quod ab alio debetur, non audietur.

l. cum militi 16. ff. de compensat.

LXXX.

Si quid tamen à fideiussore peratur, æquissimum est, eligere fideiussorem, vtrum quod sibi, an quod reo principali debetur, compensare velit. Sed & si vtrumque velit compensare, audiendus est.

l. 4. & 5. ff. de compensat.

LXXXI.

Filius quoque familias conuentus compensare potest, quod patri debetur; sed cum conditione, si caueat patrem ratum habiturum, id est, non exacturum, quod is compensauerit. Pater quoque vel dominus si ex filij, vel serui contracta societate agat, cum socio, solidum per compensationem socius seruare potest, quamuis si ageret contra patrem, vel dominum, duntaxat de peculio præstaretur.

l. si cum filiofam. 9. ff. d. t. & l. 3. §. vlt. ff. rer. amotar.

LXXXII.

Requirimus hinc & illud, vt debitum vel creditum, non solum in quantitate consistant, vti supra monuimus, sed & vt eiusdem sint generis & bonitatis.

Cum enim diuersæ qualitatis, & diuersi generis res, creditori inuito solui non possit. l. 2. §. 1. & l. 3. ff. de reb. credit. l. Ei à quo 16. C. de solut. certè nec compensari; siquidem compensatio pro solutione habeatur. l. 4. C. de compensat. Tyndar. Tract. de compensat. artic. 3. n. 76

Quod

LXXXIII.

Quod attinet modum, & tempus compensandi debitum & creditum, compensatio quidem fit ipso iure, (a) verum à debitore obijcienda est creditori, debitum petenti. (b)

a) l. 4. ibi, ipso iure; item ibi, non tenetur ipso iure, l. si ambo. 10. in princ. ibi, ipso iure compensatione facta. l. posteaquam. 21. ibi, ipso iure compensari. ff. de compensat. l. 4. ibi, ipso iure pro soluto compensationem haberi oportet. & l. vlt. in princ. ibi, ipso iure fieri. C. eod. tit. (b) l. 2. ibi, compensationem implorare posse, l. neg. scriptura. 6. ibi, compensationis æquitatem iure postulas. l. si ex venditione. 7. ibi, compensationis ratio opponitur, & l. seq. ibi, compensationem non immeritò obijcies. l. quoniam. 10. ibi, compensationem potes opponere, & d. l. vlt. §. 1. ibi, compensationes obijci iubemus. C. de compensat. l. quod Labeo. 13. l. pecuniam. 15. ibi, in compensationem deduci oportet. l. in rem. 18. ibi, æquitate compensationis vtetur, & l. seq. ibi, sed dabitur ei compensatio, & l. pen. ibi, compensationem obijci. ff. d. t. Guido Papa decis. 221. num. 2. Ang. ad l. 1. & ibid. Bald. C. de distract. pign.

LXXXIV.

Tempus compensationis spectatur, & in eius exordio, & illius duratione. Exordium & initium capit compensationis ius ex eo tempore, ex quo ab vtraque parte quid debetur. (a) Durat autem hoc ius vsque ad executionem sententiæ contra debitorem latæ, ita vt non modò in ipso iudicio, contra debitorem accepto, sed & in ipso momento, quo petitur executio rei iudicatæ, compensatio implorari, & obijci possit. (b)

a) l. 4. C. de compensat. (b) l. 2. C. eod. t.

LXXXV.

Quòd si causa liquida non sit, & tempore litis contestationis, in vim exceptionis, obijciatur compensationis æquitas, (a) debitor intra duos menses, (b) vel quod iudex suo arbitrio definierit tempus, (c) docere suum debitum debet.

a) l. siquidem. 9. C. de exceptionib. (b) d. l. aufertur. 46. §. qui compensationem. iuncta l. in fraudem. 45. §. fiscalibus. ff. de iur. fisc. & l.

M m m

debitor-

debitoribus. 31. ff. de re iudicat. Bart. ad d. l. ult. num. 6. C. de compensat. & Donell. ad d. §. in bonæ fidei. num. 8. Inst. de actionib. & lib. 16. Comment. cap. 15. pag. 700. Menoch. post alios lib. 2. de arbitrar. iud. cent. 1. cas. 14. (c) ut volunt quos citat Menoch. d. casu. 14.

LXXXVI.

Restat vis & effectus compensationis; qui est, quod compensatio pro soluto habetur ipso iure, ex eo tempore, ex quo ab utraq; debetur usque ad concurrentes quantitates; (a) Unde compensationis iure debitor ab obligatione liberatur. (b)

a) l. 4. C. de compensat. l. 4. ff. qui potior. in pign. hab. & l. vel permutavit. 19. ff. de liberal. caus. (b) l. 4. l. si ambo 10. l. posteaquam. 21. ff. de compensat. d. l. 4. C. eod. tit.

LXXXVII.

Hinc ex eo tempore, quo compensatio facta est, usurae debent desierunt, (a) & pignus datum reperi potest. (b) Si quid etiam solutum sit, ut indebitum condici potest. (c)

a) l. Eius quantitatis. 7. C. de solut. (b) l. inuicem. 12. C. de compensat. (c) l. si ambo. 10. §. 1. ff. d. t. l. qui inuicem. 30. ff. de condict. indebit.

LXXXVIII.

Quod si iudex rationem compensationis non habuerit, salua debitori manet debiti petitio: Nec enim rei iudicatae exceptio obijci potest. Sin reprobauerit compensationem, quasi non existente debito, rei iudicatae exceptio debitori nocebit.

l. quod in diem. 7. §. 1. ff. de compensat.

LXXXIX.

SUCCEDIT NUDVS CREDITORIS & debitoris de dissoluenda obligatione consensus. Nudo consensu creditoris & debitoris ea tantum obligationes ipso iure tolluntur, quae solo consensu constitutae sunt: veluti quae emptione. venditione, locatione. conductione, societate, mandato, pecuniae constitutione, vel donationis

nis pacto sunt constitutæ. (a) Cùm nihil tam naturale sit, quàm eodem genere quodque dissolui, quo colligatum est. (b)

a) *l. ab. emptione. 58. ff. de pact. l. 1. l. 2. C. quand. liceat ab empt. rescind. l. 2. l. 5. §. vlt. ff. de rescind. vendit. §. vlt. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. sicut. C. de obligat. & act.* (b) *l. nihil tam naturale. & l. ferè. ff. de R. I.*

XC.

Consensum autem hîc exigimus, non alterutrius voluntatem, ut qua nullo tempore, ne ex rescripto quidem Principis, ab obligatione recedi licet: (a) etiamsi duplo oblato alteruter eam rescindi postulet. (b)

a) *l. 3. C. de rescind. vendit.* (b) *l. non est probabilis. 6. & l. ratas. 7. C. d. t. Ob stare videtur l. contractus, in fin. C. de fid. instrument. & §. sed hoc quidem. Inst. de empt. vendit.*

XCI.

Et tollitur hoc modo etiam naturalis obligatio, (a) quæ ad actionem efficax est. (b)

a) *l. Stichum. 95. §. naturalis. ff. de solut.* (b) *l. fideiussor. 16. §. naturales. ff. de fideiuss. & l. naturales. 10. ff. de oblig. & act.*

XCII.

Sed eatenus hæ obligationes nudo consensu tolluntur, quatenus res adhuc integra sit, id est, res debita nondum sit tradita: (a) alioqui præter consensum rei etiam redditio necessaria fuerit; veluti in emptione venditione precij, aut mercis redditio. (b)

a) *§. vlt. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 2. l. 3. & l. cum emptor. 5. §. 1. ff. de rescind. vendit. & l. ab emptione. 58. in princ. ff. de pact.* (b) *d. l. ab emptione, vers. Aristoni hoc amplius. ff. d. t.*

XCIII.

Mandati tamen obligatio sola mandantis reuocatione, & sola reuocatione eius, qui mandatum suscepit, dissolvitur: (a) soluitur & singulorum sociorum renunciatione societatis obligatio. (b)

M m m 2

a) §. rectè

a) §. rectè. Inst. de mandat. vid. thes. 63. & seqq. Disputat. VII. sub class. 1. (b) §. manet. Inst. de societ. at. vid. thes. 34. & seqq. Disput. VI. sub class. 1.

XCIV.

SEQUITVR DE NOVATIONE ET ACCEPTILATIONE. Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem ciuilem vel naturalem transfusio atque translatio.

l. 1. ff. de nouat.

XCV.

Est autem duplex nouatio; voluntaria & necessaria. (a) Voluntaria nouatio est, quæ fit per stipulationem, libero consensu eorum, inter quos res agitur, citra vllam iudicij necessitatem, (b) si specialiter dicatur, vt nouatio fiat. (c)

a) *l. Aliam. 29. l. delegare. 11. §. 1. ff. de nouat. iunct. l. inter. 83. §. 1. ff. de verb. oblig. & l. vlt. ff. de separat. Cuiac. in lib. 24. quest. Pauli, pag. 304. & Donell. ad Rubric. C. de nouat. & delegat. num. 5. & lib. 16. Comment. cap. 20. pag. 718. vers. Sunt ergo nouationis.* (b) *l. 1. §. 1. ibi, nouari verbis potest. ff. de nouat. §. praterea, ibi, à Titio dari stipulatus sis. Inst. quib. mod. toll. oblig. Cuiac. supr. dicto. loco, tum etiam Donell. prius allegatis locis.* (c) *l. vlt. C. de nouat. l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. l. si rem. 31. §. 1. ibi, cum id specialiter agit. ff. de nouat. & d. §. praterea vers. sed cum hoc quidem. Inst. quib. mod. toll. oblig.*

XCVI.

In voluntaria nouatione spectamus, tum personas nouantes; tum obligationem, quæ nouatur, & in quam fit nouatio; tum etiam modum nouandi; tum denique nouationis effectum.

XCVII.

Ratione personarum nouantium, ipsa nouatio in duas discedit species; vna generis nomen retinet, & dicitur nouatio; alia verò delegatio propriè dicitur. Nouatio est, cum idem debitor manet, sed ipsa obligatio saltem nouatur. Delegatio est quando debitor vice sua dat alium reum volentem creditori, vel cui creditor iusserit.

*l. delegare. 11. ff. de nouat. Dico, volentem. Nam delegatio debiti, nisi
consen-*

consentiente & stipulanti promittente debitore, iure perfici non potest, l. 1. C. eod. t. vel (quod idem est) creditoris creditori quisquam inuitus delegari nequit, l. nec creditoris 6. C. eod. t.

XC VIII.

Nouare autem possunt personæ omnes, quæ liberam suorum bonorum administrationem habent; aliæ verò non, nisi meliorem suam conditionem fecerint.

l. 3. l. nouare 20. ff. de nouationib. Cuiac. in lib. 72. Pauli ad edict. pag. 164. col. 2. in fine & pag. seq.

XC IX.

Obligatio quæ nouatur ciuilibis fit, vel naturalis; siue item consensu, re, verbis, aut literis contracta fit; vt & obligatio in quam fit nouatio ciuilibis fit, vel naturalis tantum, nihil refert. Vnde licet creditor stipuletur à pupillo sine eius tutore autore, quod alius debet, iure fit nouatio. (a) Non autem si à seruo stipularus fuerit. (b)

(a) l. 1. in princ. & §. 1. ff. de nouat. & §. præterea. Instit. quibus modis toll. obligat. (b) d. §. præterea. vers. non idem iuris est. Inst. d. t. vide Cuiac. lib. 8. obseru. cap. 11.

C.

Modus nouandi obligationem continetur tum stipulatione, per quam fit nouatio, vt & delegatio; vt cum creditor vel ab eodem debitore, vel à quodam alio volente stipulatur sibi rem debitam dari, vel quid fieri: (a) tum causæ siue qualitatis ipsius obligationis mutatione; veluti cum conditio, aut dies, aut fideiussor adijcitur, vel detrahatur: (b) tum expressa prioris obligationis remissione; quippè cum non aliter nouatio obligationis fiat, nisi specialiter nouantes remiserint priorem obligationem, & hoc expresserint, quod secundum magis pro anteriore elegerint; alioqui enim duæ obligationes erunt. (c)

(a) l. 2. l. delegare 11. §. 1. ff. de nouat. l. 1. ibi, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, & l. 2. ibi, delegatione personarum facta. C. d. t. §.

præterea. Instit. quibus mod. toll. obligat. Cuiac. in lib. 24. question. Pauli, pag. 304. & in paratit. C. de nouat. Donell. ad t. eundem. in prin. num. 2. & lib. 16. commentar. cap. 20. pag. 717. lin. 40. & seq. (b) d. §. præterea. vers. sed & si eadem persona. Instit. quibus mod. toll. oblig. l. 5. l. quotiens. 14. l. nouatio 24. ff. de nouat. (c) d. §. præterea. vers. sed cum hoc quidem. Inst. quib. mod. toll. obligat. l. vlt. C. de nouat. l. 2. l. si ita 6. in princ. l. si Stichum 8. §. 1. l. fundum 28. l. si rem 31. §. 1. ff. d. t. l. 3. in fin. ibi, voluntate nouationis, C. eod. t. & l. qui vsum fructum 58. vers. nisi in omnibus: vbi vide Cuiac. ff. de verb. obligat. Cuiac. in lib. 24. quest. Pauli pag. 304. vide item Baldum. in Iustiniano, pag. 166. Donell. lib. 16. comment. cap. 20. pag. 724. vers. Tertium superest. & ad t. C. de nouat. in princ. n. 4.

CI.

Non ergo ferenda opinio eorum, qui existimant, quòd satis expressè facta dicatur nouatio, si ea ex coniecturis appareat.

Ita senserunt Afflict. decis. 44. num. 15. Alex. consil. 10. col. vlt. vol. 2. Corn. consil. 33. num. 14. lib. 2. Menoch. consil. 235. num. 49. Tom. 3. Sed refutantur textu, d. l. vlt. C. de nouat. & d. §. præterea. vers. sed cum hoc quidem. Instit. quib. mod. toll. oblig.

CII.

Vis & effectus voluntariæ nouationis legitimæ factæ est, quod ipso iure priorem obligationem tollit, & nouam constituit: (a) Proindeque per eam hypothecæ, & pignora liberantur, & vsuræ currere desinunt. (b) Fideiussores item & mandatores liberantur. (c) Pœna quoque quam præstari conuenerat, si ad diem pecunia non solueretur, non committitur facta hac nouatione. (d) Denique priuilegium exigendi, quod habuit creditor, hac nouatione perit. (e)

(a) d. l. 1. ff. de nouat. l. inter 26. §. abesse. ff. mandat. (b) l. nouatione 18. & l. emptor 17. ff. de nouation. l. solutum, in princip. ff. de pignor. act. (c) l. 4. C. de fideiussor. (d) l. si creditor 15. ff. de nouat. (e) l. aliam. ff. d. t.

CIII. Ne-

CIII.

Necessaria porrò nouatio est, quæ per litis contestationem creditori cum debitore ipso interpositam contingit.

l. delegare 11. §. 1. & l. aliam 29. ff. de nouat.

CIV.

Hæc nouatio multùm differt à voluntaria nouatione. Hac enim non liberantur hypothecæ, pignora, fideiussores, mandatores: (a) neque vsurarum cursus impeditur: (b) neque stipulatio pœnalis perimitur: (c) neque priuilegium exigendi, quod habuit creditor, perit. (d)

(a) *l. pen. & vlt. C. de fideiuf.* (b) *l. lite 35. ff. de vsur. l. 1. C. de iudic.* (c) *l. cum stipulanti 90. ff. de verb. oblig.* (d) *d. l. aliam 28. ff. de nouat. & l. quasitum 27. §. vlt. ff. de reb. author. iud. poss.* De tota hac conclusione vide quoque Cuiac. in lib. 3. Responsor. Papiniani, pag. 304. & seq. Tum etiam Donell. ad Rubr. Cod. de nouat. n. 10. & seq. & lib. 16. commentar. cap. 20. pag. 728. & seq.

CV.

ACCEPTILATIO est conuentio, (a) qua creditor, cum verbis quid promissum est, rogatus à promissore, an quod ita debetur, acceptum habeat, faciat, ferat, respondet se acceptum habere, facere, ferre, liberandi eius causa.

(a) *l. 1. §. conuentionis. ff. de pact.* (b) *l. 1. l. sanè 7. & l. an inutilis 8. §. acceptum. ff. de acceptilatione. §. item per acceptilationem. Instit. quib. mod. toll. obligat. Donell. lib. 16. commentar. cap. 21. in princ. vers. Acceptilatio est.*

CVI.

In acceptilatione inspicimus tùm personas, per quas conficitur acceptilatio; tùm obligationem, quæ per acceptilationem tolli potest; tùm acceptilationis formam; tùm denique vim & effectum acceptilationis.

CVII.

Personæ per quas confici acceptilatio potest, sunt creditor & debi-

& debitor. Horum nomine alij non possunt; veluti tutor, curator, procurator, nisi prius domini obligationem nouent. (a) Et ne seruus quidem iussu domini acceptum facere potest, quod domino debetur. (b) Acceptò tamen liberare dominum suum potest. (c)

(a) *l. & per iusiurandum 13. §. tutor. 10. ff. de acceptilat. Facit l. nemo alieno nomine, iunct. l. actus legitimi. 77. ff. de R. I. vid. Donell. lib. 16. commentar. cap. 21. pag. 733. & seqq. Obstat videtur quò ad procuratorem, l. 3. ff. de acceptilat. vid. Cuiac. lib. 15. obseruat. cap. 16. Donell. d. cap. 21. pag. 735. vers. quod in creditoribus. Et dissentientem Hotoman. lib. quest. Illustr. cap. 34. & lib. 2. amicabil. respons. cap. 30. (b) *l. pen. ff. de accept. Donell. d. cap. 21. pag. 734. lin. 43. & seqq. (c) l. an inutilis 8. §. acceptò liberare. ff. de acceptilat.**

CII X.

Ea tantum obligatio per acceptilationem tolli potest, quæ verbis est contracta. (a) Vt autem & reliquæ obligationes eodem modo perimi possint, Aquiliana efficitur stipulatione; veluti si prius quod ex alia debetur causa, in stipulationem deducatur, & deinde per acceptilationem tollatur. (b)

(a) *§. item per acceptilationem. vers. quo genere. Instit. quibus mod. toll. oblig. l. an inutilis 8. §. acceptum fieri. l. accepto 19. ff. de acceptilat. l. nihil tam naturale. & l. omnia quæ iure. ff. de R. I. (b) d. §. item per acceptilationem, vers. sed & id, & vers. est autem pro dita. Instit. quibus mod. toll. obligat. l. vltim. C. de acceptilat. l. & vno 18. §. 1. ff. d. t. l. 4. & l. 5. ff. de transact.*

CIX.

Et vno, & pluribus, vel certis, vel incertis; vel quibusdam, exceptis cæteris; & omnibus ex causis vna acceptilatio, & liberatio fieri potest. (a) Quinetiam pro parte debiti rectè acceptilatio fieri potest; (b) Modò debitum sit diuiduum, & pars quæ in acceptilationem deducitur, verè sit pars totius. (c)

(a) *d. l. & vno 18. in princ. ff. de acceptilat. (b) §. item per acceptilationem. vers. sed & id. Instit. quibus mod. toll. obligat. l. pars 8. & l. seq. & l. qui hominem 17. ff. de acceptilat. (c) l. Et per 13. §. 1. & §. 2. ff. d. t.*

Et quod

CX.

Et quod in diem vel sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest. Sed ira factum apparebit, si conditio stipulationis extiterit, vel dies venerit.

l. quod in diem. 12. l. si sub conditione. 21. ff. d. t.

CXI.

Forma acceptilationis continetur, tum interrogatione debitoris, & responsione creditoris, de accepto ferendo debito; (a) tum hoc ipso etiam, quod acceptilatio pure, non in diem, non item nominatim sub conditione fieri debet: (b) tum etiam in eo consistit, quod acceptilationem cum obligatione consonare oportet. (c)

a) *d. s. item per acceptilationem. Inst. quib. mod. toll. obligat. l. 1. l. pluribus. 7. l. pars. 9. l. si is, qui. 15. ff. de acceptilat. (b) d. l. actus legitimi. 77. ff. de R. I. l. 4. l. 5. ff. de acceptilat. (c) l. nisi consentiat. 14. junct. l. & per iusiurandum. 13. §. 1. & seqq. ff. d. t.*

CXII.

Etsi verò inutilis est stipulatio, vtile tamen pactum continet, & eius vim habet.

l. an inutilis. 8. in princ. ff. de acceptilat. vid. Donell. lib. 16. Commentar. cap. 21. in fin.

CXIII.

Vis & effectus acceptilationis est, liberatio ab obligatione, quæ ipso iure contingit. (a) Et si ex pluribus reis stipulandi vnus acceptum fecit, liberatio contingit in solidum. (b) Si item ex pluribus obligatis vni accepto feratur, non ipse solus liberatur, sed & hi, qui secum obligantur. (c)

a) *l. si accepto. 19. §. 1. ff. de acceptilat. l. 2. & l. 3. C. eod. tit. (b) l. & per. 13. §. vlt. ff. d. t. (c) l. si ex pluribus. 16. ff. de accept.*

CXIV.

EX MODIS, QUIBVS OBLIGATIO ipso iure dissolvitur, intercedente facto eorum, ad quos obligatio pertinet, reli-

Nnn

quum

quum est delictum creditoris, pecuniam aut rem sibi debitam auferentis. Placet enim & hunc ius crediti eo facto amittere, quod non aliter fit, quàm debitor liberato.

l. exstat. 13. ff. quod metus caus. & l. pen. ff. ad L. Iul. de vi priuat. & l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. Donell. lib. 16. Commentar. cap. 9. in princ.

CXV.

HACTENVS DE MODIS, quibus ipso iure obligatio dissoluitur: Dispiciemus nunc de his, quibus debitori contingit liberatio ope exceptionis. Horum autem genera duo sunt; vnum complectitur eas species, ex quibus singulis ab initio, id est, eo tempore, quo obligatio constituitur, ipsa quoque exceptio nascitur: alterum continet species, quarum quæque, post constitutam obligationem, quandam exceptionem gignit.

CXVI.

Primum genus producit vel conditio causæ, & negocij, quo obligatio contrahitur; vel personæ, quæ obligatur ratio & qualitas.

Vide Donell. lib. 16. Comment. cap. 22.

CXVII.

Causa illa & negocium est, quo quis vel metu coactus promissit, vel dolo deceptus, vel errore suo falsus, vel spe futuræ numerationis cauit, se pecuniam accepisse, quam non accepit, vel libertus patrono onerandæ libertatis causa stipulanti quid promissit.

CXVIII.

Metus ille obligato præbet exceptionem, quod metus causa; (a) dolus, exceptionem doli, (b) vel remota doli mentione, exceptionem in factum; (c) Error similiter doli, vel in factum exceptionem; (d) Cauta, sed non numerata pecunia, exceptionem non numeratæ pecuniæ; (e) aduersus patronum, cui stipulanti onerandæ libertatis causa, libertus quid promissit, prodita est ipsi liberto, & eius successoribus, (f) ob reuerentiam patrono debitam non doli, sed duntaxat in factum exceptio temperata, vt & bonæ fidei mentio fiat. (g)

a) *Instit.*

(a) *Instit. de except. in princ. l. 4. §. metus. ff. de dol. mal. & met. except. l. merum 9. §. sed quod Prator. ff. quod met. caus. Vid. disputat. VI. thesin 13. & 37. sub hac Class. 3.* (b) *Instit. t. de except. in princ. & tot. tit. ff. de doli mal. & met. except. l. si quis cum aliter. 36. ff. de V. O. Vid. dict. disputat. thesin 60. & seq.* (c) *d. t. Instit. de except. in princ. & l. non debet 11. in fin. l. rei, quam 33. ff. de dolo. & l. cum res 14. ff. de fideiuss. Duaren. ad l. iurisgentium 7. §. & idem puto. ff. de pact. pag. 70. Cuiac. ad l. 1. ff. de dol. malo.* (d) *d. l. si quis cum aliter. 36. ff. de V. O. l. nihil consensui. §. vlt. vbi Pet. Fab. & alij. ff. de R. I. l. 1. §. debitum. l. 3. §. 1. l. hactenus. l. vlt. ff. de constit. pecun. l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. & met. except.* (e) *§. idem iuris. Instit. de except. De hac exceptione vide sub Class. 1. disputat. XV. thesin CII. & seqq.* (f) *l. 1. §. qua oneranda. & §. vlt. ff. quar. rer. act. non detur.* (g) *l. licet 7. ff. de obseq. parent. & patron. prest. & l. non debet. in fine. ff. de dolo.*

CXIX.

Ratione personæ, quæ obligatur, comparata est exceptio Senatusconsulti Macedoniani, & Senatusconsulti Velleiani: Illa filiofam. mutuam pecuniam accipienti (a) hæc mulieri, quæ pro alio intercedit, (b) iure prodita est.

(a) *l. item si. §. quanquam l. sed si. l. tamen. l. per. & tot. tit. ff. ad Senatusconsultum Macedon. §. Illud. Instit. quod cum eo, qui in alien. potest. l. qui exceptionem. ff. de condict. indebit. l. doli. ff. de nou. et. (b) tot. tit. ff. ad Senatusconsultum Velleian. De hac exceptione vide sub classe 1. disputat. XVIII.*

CXX.

Alterum genus modorum, quibus ope exceptionis obligatio perimitur, quatuor continet species; vt sunt remissio debiti, iusiurandum, res iudicata, & præscriptio.

CXXI.

Remissio illa aut pacto iurisgentium fit, aut vltima voluntate: Illa exceptionem pacti parit; (a) hæc doli exceptionem producit. (b)

(a) *l. iurisgentium. 7. §. ait Prator. & §. sed cum nulla. ff. de pact. l. in bona fidei. 13. C. d. t. §. Praterea. Instit. de except.* (b) *l. 3. §. nunc de effectu.*

Nun 2 iunct.

32 DE MODIS QVIB. OBLIG. DISSOLVIT.

iunct. §. 2. ff. de liberat. legat. Facit l. si quis cum aliter 36. vers. idem est. ff. de verbor. obligationib.

CXXII.

Ex iureiurando exceptio est debitori, si deferente nihil se dare oportere iurauerit.

l. 3. l. nam posteaquam 9. in princ. & §. 1. l. in duob. 28. §. exceptio iurisiurandi. ff. de iureiurand. §. Æquè si debitor. Instit. de except. l. Stichum 95. §. naturalis. ff. de solut. Sed nunquid iusiurandum ipso iure liberat debitorem? d. l. nam posteaquam 9. in prin. ibi, denegatur actio, & l. in duobus 28. §. si ei, qui debitorem. ff. de iureiurando.

CXXIII.

Res iudicata exceptionem adfert debitori, si iudicio conuentus, per sententiam absolutus fuerit.

§. Item si in iudicio. Inst. de exceptionib. l. Iulianus. 60. in prin. ff. de condi&. in debit. l. seruo 65. §. cum Prætor ff. ad Senatuscons. Trebell.

CXXIV.

Præscriptio item debitori exceptionem ad perimendam actionem perpetuam præbet, si iure completa fuerit.

l. sicut. l. omnes. & tot. tit. C. de præscript. 30 vel 40. annor. iunct. l. obligationum. 44. §. 1. vers. placet etiam. ff. de oblig. & act. l. nemo. 55. ff. de legat. 1. Sed de præscriptione eiusq; speciebus agemus sub classe IV. seq.

FINIS DISPUTATIONIS
DECIMÆ NONÆ.

Ka 3071

(3/4)

ULB Halle
003 261 573

3



sb

Blind. 3/1.





199

Disputatio XIX.

DE MODIS QUIBVS OBLI-
gatio dissoluitur,

QVAM,

A. C.

P R Æ S I D E,

CLARISSIMO

CONSULTISSIMOQUE

VIRO, DN. HENRICO BOCERO,

V. I. D. eximio, & in celeberrima Tubingensium Academia Iuris

Feudalis interprete ordinario, Praeceptore & patro-

no suo summa fide observantiaq;

colendo,

ORDINARIi EXERCITII GRATIA,

hora locoq; consuetis pro ingenij tenuitate de-
fendere conabitur

M. GEORGIVS THVMAS,

Stutgardianus.



TUBINGÆ,

Apud Georgium Gruppenbachium.

M. D. X C I X.

Iij

